



ben auf Christum sterben zu können. (Κατήχησις  
græcum est ἀκατηχέω, quod propriè signi-  
ficat resonare. Sexies hoc vocabulum in  
N. T. legitur 1) Luc. 1, 4. 2) Act. 18, 25. 3)  
Act. 21, 24. 4) Rom. 2, 18. 5) 1. Cor. 14, 19.  
6) Gal. 6, 6. Itaque κατήχησις metaphoricè  
significat institutionem vivâ voce factam,  
& quidem cum tanta vocis elevatione, ut  
Echo quasi resonet. Deum primum Ca-  
techetam extitisse, primis temporibus  
homines de credendis, faciendis & fu-  
giendis instruendo, imò Christum in Pa-  
radiso post lapsum Protoplastorum Cate-  
chismi materiam tradendo hisce verbis:  
Ich will Feindschaft setzen etc. Gen. 3, 15.  
Dannhauer. Lac. Catechet. p. 16. testatur.  
Adamum munus catechisandi deinceps  
in se suscepisse, cum omnibus ferè Rab-  
binis Hotting. in Hist. Orient. Lib. I. cap.  
13. pag. 15. & Lib. II. cap. 3. p. 256. asserere  
conatur, & de Noacho eadem sperat M.  
Mencke in Dissertat. de autoritate Præcept.  
Noachitic. dubia §. X. Lips. 1711. Heno-  
chum Megalander noster Catechetam fu-  
isse statuit ad Gen. 5, 22. ita scribens: Er  
wird mit Gottes Wort fleißig umgegangen,  
und ein Prophet gewesen seyn, der allenthal-  
ben